

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1235 - 1236

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

noticiam. constitutis coram nobis Cunrado preposito et capitulo sancti Thome Argentinensis ex una parte et Burchardo milite de Uthenhem ex altera, cum diucius hinc inde litigassent super pensione, quam idem miles ratione agrorum seu possessionum ecclesie sancti Thome in eadem villa sitarum habet, tandem in nos
 5 et dominum B[ertholdum] decanum et H[ermannum] de Erenbere concanonicos nostros, utrinque fide interposita, conpromiserunt, quod ordinationem nostram super hiis imperpetuum ratam haberent et firmam. nos igitur, auditis et intellectis allegationibus et rationibus utriusque partis, arbitrando pronuntiavimus sepe dictum *Burchardum* militem teneri preposito et capitulo sancti Thome antedicto in persol-
 10 vendis 14 quartalibus mensuralis frumenti annuis et ipsum prepositum nomine sepe dicte ecclesie ratione advocacie in totidem teneri *Burchardo* sepe dicto. et sic per consequens, si partibus placeret, compensationi iudicavimus esse locum, nisi forte sepe dictus *Burchardus* vel sui heredes de bonis jam dicte ecclesie amplius quam nunc habent reciperent ita, quod censum seu pensionem pro modo recep-
 15 torum seu recipiendorum contingeret ampliari. in quod jam dicto modo pars utraque consensit. ad cautelam autem hanc paginam utrique parti contulimus sigillis antedictorum dominorum, decani videlicet et H[ermanni] de Erenbere et nostro roboratam. nomina vero testium, qui huic ordinationi intererant, sunt hec: Reinhardus de Tenge, Henricus de Geroltseken canonici Argentinenses, W[olfhelmus] decanus,
 20 S[igeboto] cellerarius, W[altherus] de Phullingen canonici sancti Thome Argentinensis, Wernherus miles de Uthenhem et filius suus Cūno et Johannes filius predicti *Burcardi* militis de Uthenhem et *Burchardus* socius ejusdem *Burcardi* et alii quam plures. acta sunt hec anno domini 1235, 4 idus novembris.

25 *T aus Straßb. Thom. A. docum. hist. lad. 15 or. mb. c. 2 sig. pend. laesis. Abgefallen das Siegel Hermanns von Erenberg.*

Gedruckt darnach bei Ch. Schmidt Hist. du chap. de s. Thom. p. 308 nr. 29.

244. *Kaiser Friedrich II nimmt die durch das Reich reisenden Straßburger Bürger sammt ihren Waaren in seinen besondern Schutz. 1236 März 7 Hagenau.*

Fr[idericus] dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et
 30 Sicilie rex. universis presentes litteras inspecturis fidelibus suis gratiam suam et omne bonum. supplicarunt celsitudini nostre cives Argentinenses fideles nostri, ut ipsos in imperio nostro cum ipsorum mercimoniis procedentes sub nostræ et imperii defensionis gratia recipere dignaremur. nos igitur ipsorum supplicationibus inclinati predictos cives cum ipsorum mercimoniis per imperium procedentes tam in
 35 aquis quam in terris cum personis et rebus suis sub nostra et imperii securitate recepimus speciali, universitati vestre mandantes et per obtentum gratie nostre firmiter precipientes, quatinus nullus sit, qui predictos cives contra presentis securitatis nostre paginam per imperium nostrum cum suis mercimoniis procedentes